

omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi *usv.* Hinc est quod nos — ex injuncto nobis officio pastoralis tenemur decorem et salutem diligere domus dei et ita honorare, amplecti et venerari eam, quam per speculum in enigmate nunc videmus, quod illius veritatem, cujus est typus et figura, facie ad faciem attingere mereamur. Sane karitati vestre dignum duximus intimandum, qualiter conventus sanctimonialium beate perpetue 5 virginis de Lipzk per illuvionis voraginem et nunc in recenti per ignis concremationem tantam frugum suarum et aliarum rerum perdicionem sustinuit, ut cogatur penitus succumbere. Nimia illi pauperie dominante famem patitur, nuditate premitur aliisque innumeris gravaminibus occupatur. Universitatem ergo vestram nobis in Jhesu salvatore dilectam monemus, exhortamur et per eundem virginis filium Jhesum Christum attentius 10 obsecramur, quatenus prefato conventui in remissionem vestrorum peccaminum curetis manus vestras extendere in operibus karitatis. Omnibus autem, qui spiritus sancti gratia inspirante ad subventionem prefate domus pro modo suo pias contulerint elemosinas, XL dies et dimidiam carenam de injuncta penitencia auctore domino misericorditer relaxamus. Datum Lipzk anno gratie 2c. M^o. CC^o. 2c. 15

35.

Quittung des päbstlichen Zehentensammlers Gabriel Pleban von Valleneto über von dem Nonnenkloster ausgezahlt erhaltene 5 Mark Silber. **Magdeburg, 1304 Aug. 21.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1761. Das abhängende S. mit Rücksiegel sehr beschädigt.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Gabriel plebanus de 20 Valleneto collector decime legatorum et obventionis cujuslibet terre | sancte deputatorum subsidio in Alamanie partibus per sedem apostolicam deputatus publice confitemur et recognoscimus, nos habuisse et | recepisse et habuimus et recepimus a religiosis et honestis dominabus *abbatissa et conventu^a) monasterii sanctimonialium in Lipz Mersburgensis | diocesis quinque marcas Fribergensis argenti, quas dederunt pro quibusdam 25 legatis olim per dominas dicte ecclesie receptis, de quibus eisdem abbatisse et conventui facimus finem et quitationem perpetuam et pactum de ulterius non petendo nomine domini pape, Romane ecclesie et terre sancte, et si ultra datam summam dicte domine aliquid pro dicto subsidio recepissent, nomine quo supra eas absolvimus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Mag- 30 d[e]burg] anno domini M. CCC^o. IIII, XII. kal. septembris.

35. abbatisse et conventui.